

Attamen quando articulus nouiter additus, cumulat, & deductus, nec includitur in libello principali, cum exceptio rei iudicatae illum non comprehendat; pariter & eodem modo etiam dicitur omnino diuersus & separatus à causa & articulo principali, & eius libello. Atque idem vt separatus non admittitur in causa appellationis, quia deficit in Iudice iurisdictione, quia illum adhibere non potest causa cognitionem, vt ultra Bald. & Franch. vbi proximè tenet Marianus Socinus in cap. fraternitatis 17. articulo. 5. princip. num. 63. de testibus inter tractatus diuersorum, tom. 4. fol. 194. dum concludit, quod articuli omnino noui & idem non admittendi, dicuntur, quando exceptio rei iudicatae super primo articulo non habet obstaculum in casu nouorum articulorum, Sigismundus Scaccia in tractatu de appellationibus, quasi. 11. n. 29. qui vers. Declara secundò, probat: Quod tunc appellatio extendit vires suas ad nouiter deductum, tribus concurrentibus, identitate rei, identitate cause, seu iure petendi, & eadem conditione personarum, prout in his terminis probant Franchus vbi supra num. 8. Rebuffus in tractatu de appellationibus, articulo ultimo, glossa unica sub num. 33. tom. 3. Puteus de c. 584. Ioannes à Solano, n. 4. lib. 2. Et circa has tres identitates, & quando faciant, vel non, rem iudicatam in non prosequitur; videbis latissimè supra 1. p. cap. 12. per totum.

17 Quare omnino dicendum erit, quod commissio impetrata super articulo cause principalis; & simul super hoc nouiter deducto coram Iudice superiore (ad quem causa principalis fuit deuoluta per appellationem) sit omnino retinenda, & cognitio cause remittenda ad Ordinarium, quia cum sit articulus nouus, nouo eget iudicio, & noua instantia, quæ indubiè ex dispositione inuolabili Sancti Concilij Tridentini in cap. causa omnes 20. sess. 24. de reformatione, pertinet dumtaxat Ordinariis, non Nuntiis nec aliis superioribus Iudicibus.

Et quod nouus articulus, nouumque ius non comprehenduntur in libello, nequeat introducitur in contestatam, quia cum sit quid nouum, & diuersum ab iam deducto, nouum requirat iudicium, nouam cause cognitionem, atque noua instantia indigeat; probant latius & expressè Decius in l. edita, per text. ibi, num. 28. Cod. de edendo, Ayyton Craucta consil. 840. num. 9. volumin. 5. Angelus in l. 1. §. stipulanti, ff. de verborum obligatione, Alciatus in l. 1. si quis simpliciter, num. 27. Purpuratus in dicta l. edita, num. 259. Virgilius ad Afflictum decis. 148. num. 1. Landerch. consil. 93. sub num. 2. Maranta part. 6. act. 3. num. 9. & 10. Peregrinus consil. 92. volum. 2. Bald. in consil. 150. volumin. 1. Tufchus tom. 3. littera E. conclus. 484. num. 12. Iaffon, in dicta l. edita, num. 27. Corfetus singular. 158. versicul. Iudex, el segundo, Instigol. lib. singular. 156. num. 1. Milanensis decis. 3. num. 10. & decis. 8. num. 4. lib. 2. Ponte consil. 42. num. 22. & plenius Zahus lib. 2. singular. report. capitul. 2. Anton. Concilius lib. 1. disputat. iuris. capitul. 5. Cuiacius lib. 4. obseruat. 23. & consil. 142. hanc doctrinam exactè probat Marius Giurba decis. 10. per totum, maxime num. 1. 8. & sequentibus.

Qui quidem num. 4. firmat in particulari iudicio, libellum mutari non posse post licentiam

contestatam, vti sit eadem instantia, probant omnes Doctores communiter in l. 1. C. de edendo, comprobant Menochius de Arbitrariis casu 176. num. 38. Marceraten. lib. 1. resolut. 83. num. 2. Fachineus controuersiar. iuris, lib. 11. capitul. 93. & capitul. 95. Milanens. decis. 8. n. 42. lib. 2. plenè Bolocnetus in consil. 28. & in dicta l. edita, num. 61. Cornanzius decis. 174. num. 3. Cardinal. Tufchus tom. 5. littera L. conclus. 312. Binius consil. 216. à num. 58. cum sequentibus. Iacobus Cancercius variar. resolut. lib. 3. cap. 16. de litiis contestat. num. 29. & 31. Peregrin. consil. 92. volum. 5.

Nam vbi res noua deducitur & diuersa à prima, non potest in eadem instantia obtinere illum nouiter deducens, quia nouum erit, & nouo indiget iudicio, & ob id nouæ exceptiones opponendæ, & defensiones deducendæ, vt per l. cum quærebatur, & ibi Doctores, ff. iudicatum solui. l. 3. ff. ad exhibendum, cum aliis per Speculatorem de libelli conceptione, §. nunc ostendamus, num. 4. & 8. Giurba dicta decis. 10. num. 8. & 9.

Imò libelli emendatio nouum quid, & diuersum continens, nec in Ordinariis post licentiam contestatam permittitur, l. non potest, ff. de iudiciis, Decius in dict. l. edita, num. 28. prout etiam loquuntur superius citati Doctores n. 19. in vers. qui quidem.

Nec enim debet Iudex super diuerso articulo deducto ex instrumento & diuerso nouiter presentato pronuntiare, nisi datis nouis defensionibus, & instructo processu super nouis; Craucta consil. 440. num. 9. Quia diuersa additio rei ad libellum iam presentatum nouo indiget termino, & nouæ liti contestatione, & instantia, Angelus in l. 1. §. si stipulanti, ff. de verborum obligationibus, Alciatus in dict. §. 1. si quis simpliciter, num. 27. Purpuratus in dicta l. edita, num. 159. Cod. de edendo, Virgilius decis. 148. num. 5. Landerch. consil. 93. sub num. 2. Maranta part. 6. act. 3. num. 9. & 10. Peregrinus consil. 92. volumin. 5. Marius Giurba decis. 10. num. 10.

Qui num. 11. dicit: quod quando ius, articulus, seu instrumentum de nouo deductum nouum non est, sed dependens ab iam deducto, vt tunc licet quandoquomque admittatur, quia ius iam deductum coadiuuat, & confirmat Socinus Iunior. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 64. ff. de acquirend. possessione, Alexand. consil. 120. num. 12. volumin. 1. Aretinus consil. 17. num. 5. Millanen. decis. 9. num. 41. Instigol. dict. singular. 156. num. 3. Marius Mutarum. 112. num. 14. Idque post Bald. in l. Bebius, §. Marcelas, ff. de pactis dotalibus, annotauit Cunnia in praxi post ritum, editam, fol. 6. col. 1. in fin.

Hoc namque in casulicita etiam est post licentiam contestatam in Ordinariis Iudiciis emendatio, si ea de re sit; quæ causam habet à prima, pro qua datus est libellus, imò hoc casu supplere potest Iudex, ne contentia cause diuidatur, l. nulli. C. de iudiciis, & huiusmodi distinctionem post Bald. Alexand. Decium, Curtium Iuniorum, Bolognetum, Cagnolum, & alios in dict. l. edita, late probant, & communem profitentur Menochius de arbitrariis, casu 176. Mutacelus praxi civil. 1. part. glossa petitur, num. 50. cum sequentibus, Angelus, & Alexand. num. 7.

num. 7. in l. scire debemus, ff. de verborum obligationibus, Iacobus Cancercius variarum resolution. lib. 3. cap. 16. de litiis contestatione, num. 37. & 40. Costa de re iudic. dist. 85. n. 3. Et quamuis increpet Fachineus controuersiar. iuris, cap. 95. à communi hac recedendum non est, vt firmat Giurba decis. 10. num. 11.

Cum verissimum sit, quod si acta non ad nouam incipientiam & executionem tangantur, sed ad corroboracionem & perfectionem inchoatæ iam executionis petite à creditore sunt facta, noua non erit necessaria instantia, sed eadem prima, & continuata dispositio, Bald. consil. 156. num. 2. vol. 5. Craucta consil. 223. num. 13. Magonius decis. Florentin. 31. num. 6. Decianus consil. 11. num. 10. vol. 1. Giurba dict. decis. 10. num. 12.

Quando autem per additionem mutata sit forma, vel antiqua maneat, vltra supradictos vide Rimald. Iunior. consil. 302. Veralli. decis. 60. part. 2. Lancellous Galliat. consil. 42. n. 31. Sfortia Oddi, consil. 88. per totum, plenius Hieronymus Gonzalez ad Regul. 8. Chancel. gloss. 9. à num. 7. cum sequentibus.

Et quod vbi aliquid additur, vel detrahitur priori dispositioni in substantia, qualitate vel tempore; quod sit, & dicatur noua dispositio, plura per Gratianum discipulat. forens. cap. 335. num. 16. & cap. 42. num. 10. & sequentibus, Marius Giurba consil. 65. num. 31. ad fin. & num. sequent. Surdos consil. 217. à num. 43. & sequentibus, & decis. 344. à num. 36. Anton. Amato variar. resolut. 56. num. 22. & supra, plures laudat Marta in consil. 87. num. 11. & à num. 13. & Gonzalez vbi proximè, apud quos videre potest abundè circa hunc articulum nouæ dispositionis ex nouo aliquo accidente.

Ex hæcenus late & neruose comprobatis duo essentialissima, verissimæque in hac materia, de qua tractamus, adnotanda, & inferenda sunt præcisè, primum (quod attinet ad Iudicem appellationis) qui quidem cum nullatenus habeat iurisdictionem in prima instantia, nisi sibi ab Ordinario deuoluta sit per appellationem à legitimo grauamine, prout abundè deduximus etiam remissioè hac 2. part. cap. 5. §. 2. à num. 1. cum sequentibus, & per totum §. ex dispositione Concil. Tridentini. in sæpè allegato, cap. causa omnes 20. de reformat. sess. 24. Et ipsam iurisdictionem accipiat superior, limitatam ad illam causam, & articulum dumtaxat, à quo fuit appellatum, ita vt in cæteris ab eo non dependentibus, nec connexis, sed nouiter deductis iurisdictione omnino careat: si nouus articulus deductus sit, cum noua egeat instantia; non ipse, sed Ordinarius cognoscere debeat, & ad quem facta articuli remissione ex protectione ipsius Concilij, litteræ super hoc nouo articulo impetratæ retinendæ sunt à Senatu hoc Supremo, vt hæcenus abundè probatum reliquimus.

Secundum, quod ex dictis in hoc cap. deducitur, erit; quod & si quis cognoscat in aliqua causa vigore rescripti, & commissionis specialis subscriptæ manu propria Sanctissimi, si in eius prosecutione deducatur aliud quodvis ius diuersum, & separatum, non contentum virtualiter, nec connexè in primo libello, & commissionis, huiusmodi ius omnino remittendum erit ad Ordinarium, Nam cum egeat

noua instantia, nouis & diuersis terminis, exceptionibus, & defensionibus: omnino & directè repugnaret dispositioni inuolabili eiusdem Concilij Trident. præferatis primam instantiam Ordinario in omnibus causis quomodolibet spectantibus ad forum Ecclesiasticum, vt capitibus præcedentibus sæpius diximus, quæ quidem illatio per necessitatem consequentiam deducitur ex hæcenus dictis in hoc cap. ad quam etiam videnda sunt, quæ in cap. sequenti diximus circa reconuentionem in secunda instantia appositam, atque plenius iustificata & indubitabilis redditur ex his quæ scriptimus infra cap. 13. circa tertium oppositorem nouiter venientem ad causam inter alios agitatam ex commissione subscripta, vt iste tertius comparens pro suo iure dependente à iure litigantium non sit in commissione comprehensus, nec ad eum extendatur, cum lis eum eo sit initianda coram Ordinario, & hoc iure vitur Senatus hic Regius, & Supremus, ac communiter in eo prædicatur, nec non pluries in praxi obtinuit.

Ex his non obstat quod à principio huius capituli, num. 2. pro contraria parte diximus ex 31 Lancellot. quoniam, vt vidisti, loquitur contra omnia iuris principia, atque eius opinio est falsa. Et Afflictus, & quem ipse allegat, in re multum diuersa loquitur, quando scilicet adest partis prorogatio, ac idè insuper perperam à Lancelloto allegatur; & vtrique responde, prout rectè etiam satisfacit Sigismundus Scaccia in tract. de appellat. q. 11. sub num. 30. vers. Ad Lancellotum respondeo dupliciter, &c.

Sed vltra responsiones Scacciae concludenter illi occurret eo, quod prædicta Afflictus doctrina nullo modo est adaptabilis, nec applicari potest terminis noui nostri Pontificij, exigentis ad prorogationem aliene iurisdictionis consensum tam litigantium, quam Ordinarij simul in prima instantia. Sicque cum iste nouus articulus separatus ab articulo per appellationem deuoluto ad superiorum noua egeat instantia, hæc tolli non potest Ordinarietiam parte, sola tamen prorogante, & contentiente in iurisdictionem superioris ad quem, iuxta quæ plenè diximus supra hac 2. p. cap. 5. per totum.

CAPVT IX.

Litteras monitoriales, alia rescripta, ad cognoscendum in Rota de causa Reconuentionis ibidem oppositæ, ad quam causa conuentionis fuit per appellationem deuoluta dumtaxat; an Senatus retineat, & causam Ordinario remittat.

Et quid si appellatum fuerit ante diffinitiuam, vel etiam à grauamine extrajudiciali.

SVMMARIVM.

Litteræ monitoriales expedite super reconuentione opposita in Rota, ad quam causa conuentionis legitime fuit per appellationem deuoluta, an sint in Senatu retinende remissa reconuentione Ordinario, à num. 1.

Reconuentionio non admittitur in causa appellationis à diffinitiva deuoluta ad Nuntium, vel Rotam, num. 2.

Reconuentionio est noua petitio, qua expeditur eisdem iuris terminis seruatis, quibus, & conuentionio, num. 3.

Iurisdictio limitata deuoluitur ad Iudicem appellationis super eo dumtaxat, de quo fuit cognitum in prima instantia, num. 4.

Reconuentionio coram Iudice appellationis proposita non admittitur ex defectu iurisdictiois, n. 5.

Compensatio admittitur in instantia appellationis, etiam à diffinitiva, licet reconuentionio non, n. 6.

Compensatio quoadcumque, & coram quolibet Iudice admitti debet, num. 7.

Littera, seu commissiones expeditæ super reconuentione opposita in Rota, aut Nuntio, ad quem fuit iurisdictio deuoluta per appellationem à diffinitiva, retinentur in Senatu remissione facta facta Ordinario, num. 8.

Reconuentionio an fieri valeat coram Iudice appellationis deuolute ante diffinitiuam, discordant Doctores, num. 9. & sequentibus.

Iacobi Cancery diffinitio refertur quoad admittendam reconuentionem coram Iudice appellationis ante diffinitiuam, an ipse male, vel bene appellatum fuisse debeat, num. 10. & 11.

Sigismundus Scaccia refertur idem in effectu tenens, ut Iudex appellationis à grauamine ante litem contestatam possit admittere reconuentionem, num. 12.

Ipse Scaccia clarè contrarius adnotatur, n. 13.

Reconuentionem in qualibet parte Iudicij ante diffinitiuam posse opponi; veriorum resoluunt Auctores, num. 14. & sequentibus.

Reconuentionio etiam post conclusionem in causa, & in calculo ferenda sententiâ, nondum late, reuocari opponitur, num. 15.

Reconuentionio, quoad effectum prorogandi iurisdictioem ante diffinitiuam, quoadcumque admittitur, num. 16.

Secus autem quoad effectum simultaneæ cognitionis, & determinationis, quia tunc requiritur, ut ante litem contestatam, vel statim post eam opponatur reconuentionio, ut conuentionis, & reconuentionis cognitio pari passu ambulet, & eadem sententiâ simul utraque terminetur, n. 17.

Reconuentionio iure Regio intra viginti dies opponenda, num. 18.

Reconuentionio in causa appellationis à diffinitiva non habet locum, num. 19.

Iudex appellationis à grauamine ante diffinitiuam, si male appellatum debeat, nequit reconuentionem admittere, sed inferior, ad quem causa conuentionis redit, num. 20.

Iudex appellationis à grauamine ante diffinitiuam, declarans bene appellatum, licet admittit reconuentionem, cum causa principalis penes se remaneat, num. 21.

Littera super reconuentione coram Iudice appellationis ante diffinitiuam, cum licet causam principalem retinet, in Senatu non retinetur, cum iam non pertineat Ordinario cognitio, n. 22.

Iudex appellationis à grauamine extraiudiciali indistinctè admittit reconuentionem, super qua littera à se expedita non retinetur in Senatu; sed parti traduntur, ut illis coram Delegato utatur, num. 23.



N dies experimur, quod deuota causa conuentionis ad Rotam, aut Nuntium, alidumve fupiororem per viam appellationis legitime, coram quo reus opponit de reconuentione (in casu aliâs permisso) Iudex ipse superior expedit contra reum litteras monitoriales ad illum citandum, & monendam, ut compareat ad se defendendum, & respondendum super opposita reconuentione. Vel aliter hæ litteræ expediti solent, quando in Romana Curia petitur commissio subscripta ad partes super conuentione in prima instantia, & reconuentionio nouiter in eisdem instantia secunda appellationis deducatur; dubitatur an illæ litteræ retineri debeant, remittique à Senatu hoc Supremo (Concilij Tridentini, Regis vice protectore) ad Ordinarium articulus reconuentionis, quando ad eum recurrit conuentionis de subuentione primæ eiusdem Ordinarij instantiæ contra decretum Tridentini. In sæpè allegato, capitul. 20. causa omnes, sessione 24. de reformatione, in quo cunctanter, & distinctè per conclusiones sequentes procedendum erit.

Prima sit conclusio, quando à sententiâ diffinitiuam appellatum fuit ad Rotam, vel Nuntium Illustrissimum Hispaniarum; reconuentionio non habet locum ex his quæ latius deduximus in cap. precedenti, & conuentionio quædam est noua petitio, & conuentionio, in qua proceditur seruatis iisdem terminis, & iuris tramitibus, qui seruantur in conuentione: quia reconuentionio habet naturam actionis, & venit appellatione conuentionis, f. & reconuentionio dicitur petitio, & libellus, prout de singularitate comprobatur; & sequitur Sigismundus Scaccia in tractatu de sententiâ, & re iudicat. gloss. 7. quest. 4. à num. 24. cum sequentibus, inspectio. 3. folio 289. & sequentibus.

Tunc coram Iudice appellationis f. admitti nequit reconuentionio, quia post diffinitiuam etiam coram inferiore non admittitur, (ut statim dicemus) quoniam eum ad Superiorem fuerit tantum deuoluta iurisdictio super conuentione limitatè, nec de alia re, quàm sit f. cognitum in prima instantia, cognoscere possit, ut cap. precedenti, latius probauimus & est l. per hanc, Cod. de temporibus appellat. & Doctores citandij, idè reconuentionem coram eo non admittit; probant Zabarella in Clement. sæpè, verb. Non sic num. 10. de uerborum significatione. Speculator. tit. de reconuentione. §. 2. num. 6. Mieres §. 2. tit. de forma procedend. in offic. Iudic. tabul. num. 52. & per istos Iacobus Cancery. variarum resolution. lib. 3. cap. 13. de reconuentione. à num. 50. fol. 256.

Et licet in causa appellationis à diffinitiva non possit proponi f. reconuentionio, tamen compensatio sic, per l. 2. §. Legatis, ff. de Iudic. probant Innocent. in cap. 1. de iuris petitionibus, Hostien. num. 10. Bald. num. 12. Mathesilan. num. 14. & ceteri scribentes in Authentico, & consequenter, C. de sentent. & interlocution. omn. iudic. Speculator. in tit. de conuent. §. nunc uideamus, num. 6. Guido Papæ decif. 85. num. 55. Rota Romana decif. 1. in tit. de iuris petitione. in antiqui. Iafred. Lanfranchus, Balb. in decif. 65. Romanus singular. 181. Ioann. Ferrarient. in tract. de appellat. num. 246. Marcanta in practice. i. p. 4. diffinit.

diffinit. 6. num. 24. dicens communem Marianus Socinus in dicto cap. 1. num. 95. de noua petitione. Bartholom. Socinus regul. 412. in §. fallentia, Afflicti super conuentione. Regn. n. 45. de appellat. in fin. & ibi addentes in fin. littera A. lib. 2. Tepatus in conclus. lib. 1. tit. de reconuentione, vers. In causa appellationis, Cæsar Bartius decif. 106. num. 14. ubi multos alios allegat. & restatur de comuni, Carpanus super statum. Mediolanen. 1. part. capitul. 44. num. 112. Vincentius Hondedeus consil. 21. num. 14. lib. 1. Carolus de Grassis de effectibus Clericatus. effect. 1. num. 778. Scaccia de appellationibus, quest. 11. num. 31. & in tractatu de sentent. & re iudic. glossa 7. quest. 4. inspectio. 3. num. 137. fol. 309. qui allegat Tindatum in tractatu de compensationibus, artic. 7. sub num. 34. & 35. Sebastian. Medicis in tractatu de compensat. part. 1. quest. 25. num. 10. Quod licet reconuentionio non possit fieri post sententiam, & sic nec in gradu appellationis; compensatio autem quoadcumque, & coram quolibet Iudice valde procedit, & opponi potest.

Hic suppositis dicendum erit, quod si coram Nuntio, Rota, f. aliove superiore adito per appellationem à diffinitiuam opponatur de reconuentione; nequeat cognoscere de eius causa, nec super ea expedire rescripta, & commissioem, quia agitur de re uere diuersa à conuentione, non inclusa in principali libello; quare eum eget nouo iudicio, & integro, nouaque instantia: omnino Senatus hic Supremus illam remittit Ordinario in prima hæc instantia, ne lædatur dispositio Conciliaris Trident. ut superius & cap. precedentis, latius probauimus.

Sed maior ita difficultas, quando appellatum est ante sententiâ diffinitiuam f. ab aliquo grauamine, an coram Iudice appellationis poterit deduci articulus iste reconuentionis, ita ut liberè illum possit vel delegare, vel per se cognoscere, absque latione primæ instantiæ Ordinarij: sunt & inter se ipsos contrarij Doctores.

Nam Iacobus Cancery variarum resolution. lib. 2. cap. 13. de reconuentione, à num. 51. dicit f. distinguendo: quod si appellatur ab aliqua interlocutoria ante litem contestatam; si Iudex appellationis confirmat dictam interlocutoriam, declaratque male appellatum; non habet locum coram eo reconuentionio, quia causa conuentionis restituitur primo Iudici.

Si autem Iudex appellationis f. retractauit dictam sententiâ interlocutoriam, quia tunc causa principalis deuoluitur ad eundem Iudicem appellationis, cap. ut debuit, & ibi Doctores de appellatione. & sic Iudex appellationis in tali casu habetur pro Iudice primæ instantiæ, cap. cuius in agenda 3. quest. 8. Et cum adhuc istemus tunc ante litem contestatam; habet coram eodem Iudice appellationis locum reconuentionio, ita per Abb. Ioannem Andream, & alios in cap. 1. de iuris petitionibus, Speculator. de reconuentione. §. 2. num. 6. & Natam consil. 55. num. 4. obseruat & distinguit Cancery ubi proxime.

Scaccia etiam in tract. de appellat. q. 11. n. 31. restrictioe 2. dicit fere f. idem, ut scilicet regula, quod coram Iudice appellationis non possit proponi reconuentionio; procedat, quando fuit appellatum à diffinitiva, seu alia sententiâ interlocutoria, & grauamine post litem contestatam; secus autem in causa appellationis interpositæ

ante litem contestatam, quia tunc (dicit ipse Scaccia) potest habere locum reconuentionio, ut ex Ioann. Andr. Abb. & Marcanta diffinit. 6. q. 4. sub num. 25. quasi omnes fumentes fundamentum ab ea opinione, quod reconuentionio nequit etiam in prima instantia proponi post litem contestatam sed ante eam.

Contrariam tamen affirmat ipse f. Scaccia in 13 tract. de sententiâ, & re iudic. gloss. 7. q. 4. inspect. 3. à num. 136. fol. 309. dum dicit pro ueriori opinione multis adductis Doctores; quod reconuentionio habet locum in qualibet parte Iudicij, dummodò sit proposita ante sententiâ diffinitiuam, ex qua num. sequunt. inferri coram Iudice appellationis à diffinitiva non habere locum reconuentionem, & sic directè contrarium eius, quod dixerat in tract. de appellat. dict. quest. 11. num. 31. Quo loco supponit ante litem contestationem esse proponendam reconuentionem, non uerò post eam.

Quid dicendum in hac f. contrarietate? ego quidem arbitrator opinionem Scaccia in dicto tractatu de sententiâ, & re iudicata, num. 136. & sequentibus, longè ueriores esse inspecto iure Canonico, cum eo, & iure ciuili (quidquid aliud sit de iure Regio, ut infra num. 18.) in quacumque parte Iudicij ante diffinitiuam posse opponi reconuentionem, ex cap. dispensat. §. reus quoque de rescriptis, lib. 6. Abb. num. 13. Socinus num. 17. Mantica num. 19. in cap. 1. de iuris petitionibus, Batt. in Authentico, & consequenter num. 12. Cod. de sentent. & interlocut. omnium iudicum, Oriam in cap. quoniam contra, cap. 12. num. 41. de probationibus, Guido Papæ singular. 818. Marcanta de iudicio, part. 4. diffinit. 6. n. 8. Costa de subsid. remed. 110. num. 21. Carautia ritu 67. num. 6. Medicis de compensat. part. 2. q. 1. Tolchus littera R. conclus. 61. num. 2. Franchis decif. 376. num. 1. & 2. Mulcatelus prax. ciuil. part. 3. gloss. altorem, num. 14. & 15. Iacobus Cancery variar. resolu. lib. 2. cap. 13. de reconuentione. num. 6. Hondedeus consil. 21. num. 5. lib. 1. Vinius decif. 128. num. 2. Marcus Giurba decif. 74. à num. 3. Cardoso in summa practice. Iudic. verbo, Reconuentionio, num. 4. ubi quod usque ad conclusionem potest opponi.

Et quod possit fieri reconuentionio, etiam post conclusionem f. in causa conuentionis, imò in 15 calculo ferendæ sententiæ, dummodo non sit lata, plurimos Doctores ut uerius contra Carautiam resoluunt Carolus de Grassis de effectibus Clericatus, effect. 1. num. 762.

Et illi duo penultimi scilicet Giurba, & Cardoso, f. post multos alios Doctores dicunt, hæc ueram opinionem, quoad effectum prorogandi Iudicij iurisdictioem; secus autem quod ad illud priuilegium, quod habet reconuentionio, f. si 17 opponatur ante litem contestatam, vel in continenti, vel statim post eam; ut tunc simultaneo processu cognoscatur, eadèque sententiâ terminetur, secus si post dictam litem contestatam multo post, quia tunc amittit hoc priuilegium, & diuersimodè, ac seorsum tractatur & terminatur. Vide eisdem Doctores latius de hoc tractantes, ac etiam Grassis de effectibus Cleric. effect. 1. sub num. 762. Qui omnes plurimos alios allegant, quia nostri non est, f. de iure autem Regio intra viginti dies opponenda, ut uidere est ex Paz in prax. 1. part. tom. 1. num. 12. & 13.

Quare præfata opinione vltima retenta; bene dicit in hoc nostro principali articulo Cardofo, dum loquitur absque distinctione, an sit appellatum ab interlocutoria ante, vel post litem contestationem; sed simpliciter, qui & num. 20. affirmat, quod reconuentionio non habet locum apud Iudicem appellationis, quando fuit appellatum à diffinitiva, ad quod plurimos Doctores allegat.

Si tamen appellatur ab interlocutoria, & Iudex appellationis iudicauerit malè appellatum, & remittat causam (provt tenetur iuxta ea que Nos latius probauimus ex dicto decreto Trident. in tract. de Regia protect. 2. part. cap. 17. à num. 7. & in hoc tractatu de supplicatione ad Sanctissim. hac 2. part. cap. 5. §. 2. præsertim à num. 7.) Iudici à quo appellatum fuit; idem erit, nempe vt nullo modo coram eo habeat locum reconuentionio, si autem iudicauerit bene appellatum, & malè iudicatum (propter quod causa fuit ad se deuoluta) tunc habet locum reconuentionio coram ipso Iudice appellationis, cum fiat & remaneat Iudex in causa principali iuxta que Nos de Regia protect. 2. part. dist. cap. 17. à num. 7. & sequentibus) vt per Innocent. Ioann. Andr. & Abb. & alios in cap. 1. de mutuis petitionibus, obseruat ipse Cardofo dist. verb. Reconuentionio, n. 20. absque distinctione, vt dictum est, an appelletur ante, vel post litem contestatam, quod verius tenendum erit.

Ac idèd cum reconuentionio habet locum in causa legitime appellatiõis ante diffinitiuam indistinctè, & Iudex apud se retineat causam (cum iuxta Concilium Trident. appellatum est à legitimo grauamine ex iis que latius deduximus supra hac 2. part. cap. 5. §. 2. à n. 1. cum sequentibus) licet hac via recedatur in prima instantia ab Ordinario, littere monitoriales super tali reconuentione nec retineri possunt, nec remitti debet reconuentionio ad Ordinarium per Senatam Supremam, cum in nullo lædatur dispositio d. Concil. Trident. sess. 24. de reformatione, cap. 20.

Pariter etiam & idem iudicandum erit abfolutè in reconuentione opposita coram Iudice, ad quem deuoluta fuit causa per appellationem ab aliquo grauamine extraiudiciali, quoniam tunc maior militat ratio, quàm in iudiciali, vt probant Speculator in tit. de reconuentione, §. nunc dicamus, vers. Sed nunquid, sub num. 6. Abb. in d. cap. 1. num. 31. in fin. de mutuis petitionibus, Maranta dist. quest. 4. num. 27. fol. 117. sequitur Scaccia de appellationibus, quest. 11. sub num. 31. vers. Restringe 3. & per Abb. & Marantam vbi plures allegat de ordine iudiciali, part. 4. dist. 6. num. 27. bene tenet Iacobus Cancertius variarum resolut. lib. 2. cap. 13. de reconuentione, num. 57. Quibus adde declarationes illas mirabiles San. Congregationis Cardin. quas ad litteram in appellatione ab Ordinario à grauamine extraiudiciali adduximus hac 2. part. cap. 5. §. 2. à n. 10. & seq. vers. Vnum tamen non omittam indicare, Ac idèd cum hoc casu non percutiatur, nec lædatur in aliquo Concilij Tridentin. decretum, & dispositio: penitus in eo cessare debent recursus ad Regem, & eiusdem protectio, nec non ad Ordinatum remissio.

CAPVT X.

An Bullæ Apostolicæ pro executione gratiæ super Beneficio referuato in prima instantia alteri, quam Ordinario commissa, sint per Senatam Ordinariam remittendæ.

Et generaliter an in viis executiuis liceat percuti Ordinarij prima instantia, vbi accuratè de Motu proprio Gregorij XIII.

SVM MARIVM.

Commissiones super referuato beneficio liberè expediuntur in prima instantia cuiuslibet Delegati, cum non percutiatur Tridentin. dispositio, num. 1.

S. Congregatio pluries id ipsam declarauit, num. 2. & seqq.

Auditor Camera, cui directæ sunt Breuia, aut Bullæ super gratiâ de beneficio referuato, potest intrusos, & possessores coram se citare, num. 3. & 4.

Breuia Cameralia de stylo Curia expediuntur ad fauorem prouisi de beneficio referuato, ne dum Bulla expediuntur possessio in paribus occupetur, que nomine Camera Apostolica capitur, num. 5.

Breue Camerale ad fauorem litterarum desuper expediendarum super beneficio referuato datur, non ad fauorem iam expeditarum, n. 6.

Breuia Cameralia ad capiendam possessionem nomine Camera Apostolica non dantur nisi super beneficiis referuatis, num. 7.

Possessio virtute Breuis nomine Camera apprehensa, litteris expeditis per eam ceditur prouiso Apostolico, num. 8.

Manuentionio datur prouiso Apostolico facta possessionis cessione per Camera apprehensa, n. 9.

Per Breue Camerale in executione gratiæ super beneficio referuato alteri, quàm ordinario directum, in prima instantia non lædi formam Concilij Tridentini in cap. causa omnes declarauit Gregorius XIII. per Motum proprium, n. 10.

Motus proprius Gregor. XIII. ad litteram referuntur, num. 11.

Ex Gregoriana Constitutione, loquente in casu specialissimo Breuis Cameralis, nonnulli occasionem sumpserunt dicendi in viis executiuis generaliter non lædi Trident. et si executio alibi, quàm coram Ordinario possit, & decipi ostenditur, à num. 12.

Constitutio Gregorij XIII. dumtaxat emanauit, vt Breuia super referuato non offendant formam Trident. num. 13.

In Breuis Cameralis executione proceditur extraiudicialiter, in qua nec datur iudicium, nec instantia, num. 14.

Constitutio Gregoriana noluit constituere regulam generalem, quod in omnibus viis executiuis cesset Tridentin. dispositio, cum vltra executionem Breuis in alijs procedatur iudicialiter, & cesset referuatiõis ratio, num. 15.

Executio extraiudicialis Breuis Cameralis, quando in iudicialem mutatur ob oppositionem legitimi

timi contradicitoris, mutatur etiam dispositio Gregoriana, ita vt ad Ordinarium pertineat in prima instantia cognitio, num. 16.

Tridentin. non videtur verbo (instantia) in sua rigorosa significatione, ita vt causæ debeant habere instantiam, vt eius dispositioni locus sit, sed ad demonstrandum omnes causas primitus proponendas, & tractandas coram Ordinario, num. 17.

In executiuis formis debitoris executi attenditur, sicut in ceteris causis Ordinarijs, num. 18.

Executio peti nequit ex obligatione Camerali coram Metropolitanò absque consensu Ordinarij debitoris, num. 19.

Executio obligatiõis si coram non Ordinario petatur contra vstratum stylium vniuersalem, Senatui causam ipsi remittitur, num. 20.

Ratio, qua mouetur Tridentin. ad preferendam primam instantiam, pariter militat in viis executiuis, sicuti & in alijs Ordinarijs, num. 21.

Genus sicut conuenit omnes species, ita ratio generalis omnes casus, num. 22.

Ratio legis magis quam verba attendenda est, num. 23.

Ratio, & mens legislatoris præponderat verbis, num. 23.

Dictum per rationem ampliatur, & limitatur, que magis quam dictum attenditur, num. 25.

Verba non secundum quod sonant, sed secundum intentionem profertentis sunt accipienda, n. 26.

Imò ad hoc sunt verba improbanda, n. 27.

Verba (causa omnes) quibus videtur Tridentin. ponderantur, vt nihil excludant, num. 28.

Dictio (omnes) comprehendit omnes casus, etiam non comprehensos in proprietate vocabuli, n. 29.

Dictio (quomodolibet) qua videtur Tridentin. comprehendit omnem modum agendi, num. 30.

Dictio (quomodolibet) extendit dispositionem, & sine ad improprietatem vocabuli, n. 31.

Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, num. 32.

Verbum (prima instantia) quo videtur Concilium Tridentinum, acceptum in rigoro significatione, repugnat & eius rationi, num. 33.

Extraiudicialis actus non habent instantiam, num. 34.

Extraiudicialis actus prima cognitio proponenda coram Ordinario, aliter offenditur dispositio Tridentin. vt declarauit S. Congregatio, n. 35.

Ea que sunt voluntaria iurisdictionis licet extraiudicialiter gerantur, tamen coram Iudice competente tractantur, ibidem.

Manuentionio non causat litem, & tamen includitur in dispositione Tridentin. ita vt non possit de ea, coram Nuntio in prima instantia agi, ibid.

Ratio finalis Tridentin. in fauorem subditorum, ne extrahantur in prima instantia vltra prouincias, pariter militat in viis executiuis, n. 36.

Constitutionis Gregor. principalis intentio fuit, deelarare casum specialissimum, in executione Breuis Cameralis, non lædi formam Tridentin. ratione referuatiõis beneficij, que vltra illum ad alia executiua omisit, & relictâ sub regula vniuersali Tridentin. attendi non debet, n. 37.

Executionem coram alio Iudice petitam Senatui indies remittitur Ordinario in prima instantia, num. 38.

A constitutione Gregorij XIII. ex pluribus rationibus, & damnis supplicationem axat in Hispania, num. 39.

Breuis Cameralibus vti, & apprehendi possessionem nomine Camera Apostolicæ minime patitur Senatui in Hispania, num. 40.

Ratio redditur, ibidem.

Constitutio Gregor. XIII. eo ipso, quo prouidit tantum in Breui Camerali, ceteras executiuas censetur relinquere generali dispositioni Tridentin. cuius est correctio vitanda, n. 41.

Lex, que certo casui prouidet specialiter, cessat in casu omisso, & contrariam dispositionem videtur in eo vindicari, num. 42.

Lex noua, vbi dispositio super aliquo casu specifico, non extenditur ad alios, num. 43.

Lex noua limitatiua, interpretatiua, seu declaratiua non corrigitur communi, nisi in casu de quo loquitur, num. 44.

Lex, seu statum alteratum, seu cancellatum, in parte, in ceteris confirmatum censetur, n. 45.

Lex de similibus ad similia non trahitur, vbi diuersa ratio militat, num. 46.

Nec vbi sequeretur iurium correctio, n. 47.

Et debet dari omnimoda similitudo casuum, n. 48.

Inter Breue Camerale, & ceteras eius executiuas multe redduntur dissimilitudines, & rationis diuersitates, num. 49. & 50.

Verba enuntiativè probata propter aliud non inducunt dispositionem in denuntiativè, n. 51.

Auditoris Camera facultas in prima instantia cessat hodie nouiori iure Pontificio, num. 52.

Auditoris Camera facultas solum destinata est ad executionem litterarum, & obligationum in forma Camera, in alijs caret iurisdictione, num. 53.

Auditor Camera in beneficiis libus caret iurisdictione vltra executionem, nec dat manuentionem ex illius defectu, num. 54.

In beneficiis libus, & alijs tangentijs forum Ecclesiasticum, prima instantia est Ordinarij, non auditoris Camera, num. 55.

Ex nouo iure Pontificio cessat potestas Auditoris Camera in via executiua, num. 56.

In executione Breuis Cameralis expediti in beneficiis referuatis durat hodie facultas Auditoris Camera, num. 57.

LICET ex sæpè allegato decreto Concilij Tridentin. sess. 24. de reformatione, cap. 20. præsertim sic Ordinatio prima instantia omnium causarum, etiam beneficiarum quomodolibet ad forum Ecclesiasticum attingentium: indubitabile tamen est huius decreti dispositionem minime offendi in beneficiis affectis, aut referuatis Sanctæ Sedi Apostolicæ; possunt enim immediate ab Auditore Camera, seu alio delegato Apostolico cognosci causæ hæc, quæ ad executionem gratiæ super talibus beneficiis referuatis factæ in prima instantia cuiuslibet delegati & committi, pro vt praxis quotidiana signaturæ obseruat, & sæpè declaratum fuisse à Sancta Congregatione Cardinalium, testatur Franciscus Leo in thesauro fori Ecclesiastici 2. part. cap. 1. num. 76. & 77. Hieronymus Gonzalez in regula 8. Chancelleraria glossa 52. num. 36. & 37. Augustinus Barbosa de potestate Episcoporum, tom. 2. allegat. 81. num. 17. Nicolaus Garcia de beneficiis 6. part. cap. 3. num. 6. qui num. 8. testatur, ita decisum fuisse per Rotam in causa Segouens. Canonici 24. Nouembris 1628. coram D. Platone Marchef.

Marchef. de commissionibus, part. 2. capitul. 1. de commission. appellacion. num. 36. Paulus Piasquius in praxi Episcop. 2. part. capitul. 4. num. 3. Nouarius in nouis Pontifici pract. cap. de causis prima instantia conclus. 1. aliis 54. num. 4. & 15. Hicton. Gabriel. conf. 182. num. 3. cum segg.

Ad quod expressa est declaratio Sanctæ Congregationis super dict. cap. 20. in hæc: De effectibus, & reservatis beneficiis si agitur; tunc causa in Curia committitur; & iterum dicit. Item prouisi per Sedem Apostolicam de beneficiis reservatis, aut affectis, possunt virtute breuium in fauorem litterarum, seu nomine Camere Apostolicæ ad capiendam possessionem Auditori eiusdem Camere & directorum citare, & ad iudicium coram eodem Auditore Camere possessiones talium beneficiorum occupantes, & detinentes, ac si coram Ordinario super possessio tantum causa veniatur, & cum sententia super eodem possessio prolata fuerit, potest pars aduersa causam in Curia committere. Quis declarationes ad litteram refert Hieronymus Gonzalez ubi proxime sub num. 37. Aliam adducit Nicolaus Garcia ubi sup. dict. cap. 3. sub num. 7. quæ sic ait: Quod si de affectis, aut reservatis beneficiis ageretur, tunc in Curia committuntur causa in prima instantia.

Hinc est, quod de stylo Romanæ Curie quotidie expediuntur breuia Cameralia; vt nomine Camere & Apostolicæ capiatur possessio beneficij referuati, & fuit inuentus iste modus, vt prouisus Apostolicus, qui nondum litteras expeditur; possit diligenter facere super capienda possessione beneficij, ne illi tarda seu morosa expeditio aliquo modo noceret; nam quando quis à principio vult litteras expedit, non datur breue hoc nomine Camere & de capienda possessione, sed dumtaxat ad fauorem litterarum, vt ipsemet prouisus immitatur in possessionem, vt continetur in constitutione Gregorij XIII. statim referenda, de quo latè videndus Hieronymus Gonzalez in regula de mensibus & alternat. §. 7. proemia. num. 208. & in Glossa 9. in annotationibus, num. 146. & in glossa 34. a num. 113. cum sequentibus, Nicolaus Garcia de beneficiis. 6. part. cap. 3. per totum.

Qui à num. 9. latè probat, quod hæc breuia de capienda possessione & nomine Camere de stylo nullatenus regulariter dantur nisi in beneficiis referuatis Sedi Apostolicæ, quod & probant Doctores omnes superius laudati ad principium huius cap.

Quapropter Rota sæpissimè resoluit, quod ea sit virtus & Breuis de capienda possessione nomine Camere, vt litteris postmodum expeditis fiat per Cameram ipsam cessio possessionis prouiso Apostolico, qua cessio facta, prouisus constituitur iustus possessor, cum in eius fauorem fuerit per Cameram apprehensa possessio, taliter vt huius possessionis sic à Camera apprehensa virtute prouiso datur & mandatum de manutendo, circa quæ videndus Hieronymus. Gonzalez dict. glossa 34. à num. 117. qui à num. 118. plurimas Rotæ decisiones refert, & latius Garcia dict. 6. part. cap. 3. per totum.

Quare Summus Pontifex & Gregorius XIII. per Constitutionem suam, quæ incipit ad Romani Pontificis prouidentiam (quam commemorant omnes Doctores in principio huius cap. citati, & Nos hac 2. part. capitul. 6. §. vnico,

à num. 1. cum sequentibus, & ad litteram refert Paulus Piasquius in praxi Episcop. 2. part. capitul. 4. num. 3.) declarauit per huiusmodi Breuia Apostolica ad capiendam possessionem beneficij referuati nomine Camere Apostolicæ, ad fauorem litterarum gratie postmodum expediendarum non lædi dispositionem Concilij Tridentini ex aliquibus rationibus motus, ibi: Accepimus sanè nuper, quod licet multoties & Romanus Pontifex vt prouisiones & gratia per eum de beneficiis pro tempore vacantibus, ac sue & Sedis Apostolicæ dispositioni, & ordinationi referuati in fauorem diuersorum personarum sibi gratarum, & electarum factæ, executioni debita demandentur, & ne (dum litteræ Apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur) beneficia ipsa ab aliquibus indebitè occupentur, aut aliqua in spiritualibus, & temporalibus detrimenta sustineant; nonnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum, & illis annexorum, iniuriamque & perniciam unquam quomodocumque Sedis, & Camere Apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, & quoscumque fructus, redditus, & prouisus beneficiorum, & annexorum eorumdem percipi, & exigere, eoque integros personis predictis, postquam ipsa litteræ sub plumbo expeditæ haberent, vna cum dicta possessione consignari, &c. Nihilominus nonnulli beneficiis predictis inhiantes, ac gratias predictas eludere, eorumque instructiones, & detentiones improbè tueri satagentes, executionem litterarum in forma breuis huiusmodi, & facultatem per eas ipsi executoribus attributam diuersis dubijs, & cauillationibus remouentur, & processus per eosdem executores desuper habitos, & formatos, ac inde sequuta quæcumque, nulla, & inualida, nulliusque roboris, vel momenti esse, nec attendi debere contendunt sub pretextu, quod in decreto Concilij Tridentini, sessio. 24. capitul. 20. dispositum fuerit, quod causa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinet, etiam si beneficia sint in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, exceptis his, quæ iuxta Canonice sanctiones apud Sedem predictam sunt tractanda, vel quæ ex urgenti rationabilique causa, iudicauerit Summus Pontifex Romanus per specialem rescriptum signaturæ sue eius manu propria subscribendam committere, ac auocare.

Verum cum decretum huiusmodi Concilij concessionem predictarum litterarum in forma breuis, & illarum executionem nihil efficiat, nec per illos causas, seu instantia introducantur; sed merè executioni procedi mandentur, litteræ quoque in forma breuis annulo Piscatoris munitæ, non minoris sint efficacia, & auctoritatis: quæ rescripta signaturæ Romani Pontificis, eius manu propria subscripta. Nos in his nostræ debite declarationis causis adhuc adhibentes, &c. Ac mera nostra deliberatione decernimus, & declaramus, per concessionem litterarum in forma breuis, & sub annulo Piscatoris super capienda possessione quoruncumque beneficiorum dispositioni Apostolicæ referuatarum, seu affectarum Sedis & Camere Apostolicarum nominibus apprehendenda, & eiusdem possessionis in fauorem prouisorum, &c. Quæ mandata executioni sunt, & summarij dumtaxat causarum, propter quas illæ emanarunt, cognitionem requirunt, decretis huiusmodi Concilij non contrariari, nihilque inuoluntarij illis inferri, vel eorum formam in præiudicium, &c.

Ex ratione huius & Pontificalis Constitutio- nis,

nis, ibi: Nec per illos causa seu instantia introducantur, sed merè executioni procedi mandentur, &c. Et ex Doctoribus, qui in eius exornatione fuerunt locuti, in casu merè specialissimo contenta in dicta Constitutione Gregoriana; nonnulli aduocati minus cautè opinati fuere, occasionemque sumptere generaliter afficiendi, decretum Tridentini. in dict. cap. causa omnes: non habere locum in executiis causis, ac propterea Regis protectionem negandam, quoties alibi quàm coram Ordinario executio postulat; putà virtute alicuius instrumenti quærentiati, alteriusve habentis de iure executionem paratam: sed manifestè falluntur.

Primo quoniam dicta Constitutio Gregoriana venit dumtaxat in declarationem, quod in beneficiis referuatis & (in quibus tantumdem conceditur breue illud Camerale, vt superius diximus) non habet locum dispositio Tridentini. in dict. cap. causa omnes, quod & pluries declarauit Sancta Congregatio Cardinalium, & pro executione gratiæ factæ à Sede Apostolica dictorum beneficiorum affectorum dantur particulares executores, qui quidem in breuis prædicti executione procedant & extrajudicialiter, in quibus non datur nec iudicium, nec instantia, vt in his terminis cum Purpurato, probant Menochius in tractat. de arbitris, lib. 1. quest. 22. & præcipue num. 6. vbi etiam allegat Socinum, Iaff. & alios. Flores Diaz de Mena practicarum lib. 1. quest. 12. à num. 12. & sequentibus, & in terminis huius constitutionis Barbosa de potestate Episcop. tom. 2. allegat. 81. sub num. 17. Ioannes Matæ Nouarius in nouis iuris Pontific. practicarum conclus. tit. de causis prima instantia, concl. 1. aliis 54. num. 15. & 16.

Et pro exornatione principalis suæ intentionis, nempe, & vt in beneficiis referuatis non habeat locum dispositio Tridentini, adduxit illam rationem, magis ad demonstrandam, quod in Breuiibus Cameralibus datur, & inferunt leue præiudicium Ordinario, non tamen ad constituendam generalem regulam ultra dicta breuia Cameralia, vt in executiis non lædatur dicta Conciliaris constitutio, imò omnes Doctores nullatenus loquuntur (nec rectè possent) ultra litteras Apostolicas in executionem gratiæ obtentæ in beneficiis referuatis, in quibus, vt diximus, locum non habet, cap. causa omnes, quia tunc ad executionem proceditur extrajudicialiter, & sine lite.

Adeo vt si tunc compareat aliquis legitimus oppositor, & contradictor & allegans aliquam legitimam exceptionem, ex qua introducitur lis: tunc executor litterarum Apostolicarum omnino tenetur causam ipsam remittere ad Ordinariatum, vt expressè in his terminis probant Nouarius, Flores de Mena, & Barbosa citatis; & alij plurimi suo particulari loco adducendi latius, & isti duo vltimi probant; quod si aliter hoc casu fecerit executor, Senatui declarate vni facere, & causam remittere ad Ordinarium. Quare principalis intentio, & finis dictæ Constitutionis Gregorianæ fuit dumtaxat in illo casu particulari disponere, provt notant omnes Doctores hic, & ceteri in principio huius cap. citati, ac idè ad alium casum illam trahere, foret absurdum.

Non enim ex eo quod in via executiua non datur instantia, sequitur quod non sit compre-

hensa & sub regula vniuersali Concilij Tridentini in dict. cap. causa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinet in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, &c. Quia Concilium Tridentinum non fuit vltim illo verbo (Instantia) in sua rigorosa significatione, ita vt causæ debeant haberi instantiam, sed ad demonstrandum causas omnes primitus tractandas, & proponendas coram Ordinario, & sic loquitur de prima cognitione, ad differentiam eorum, quæ postmodum in eodem decreto subsequuntur, vt superior non cognoscat, nisi in secunda instantia deuoluta per legitimam appellationem; quare respectu huius secundæ instantiæ superioris vitur Concilium illo verbo, Prima instantia. Sequeretur enim aliter absurdum, quod liceret culibet proponere viam & executionem contra alium coram alio Iudice non Ordinario, & quod in via executiua amitteret quis forum suum, nec accederetur contra iuris regulas notissimas, vt per Parlatorium lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 2. part. §. 1. num. 2. Et quod etiam in obligatione Camerali nequatur quis absque consensu Episcopi Ordinarij conueniri, & seu exequi coram Metropolitanano, probant Massa Galetti, ad formul. Camer. obligat. 2. part. quest. 1. num. 6. sequitur Eratimus à Cochier. in tractat. de iurisdictione in exempt. 2. part. quest. 46. num. 4. & supra, tom. 1. Et vltimissima praxis obstat in omnibus Tribunalibus tam secularibus, quàm Ecclesiasticis; & in quibus omnino actor in executiis sequitur forum rei, ita vt si coram alio, quàm Ordinario executio instrumenti postuletur; Senatus præcipiat ad eam causam remitti indubie, iuxta tenorem Concilij Tridentini.

Deinde, quoniam ratio finalis Concilij præfati nulla alia est, & quàm consulere damnis, & sumptibus, quietique partium, ne extra sua domicilia extrahantur, coganturque litigare, & vt iurisdictioni Ordinarij illudioria non reddatur, nec lædatur, vt sæpè declarauit Sancta Congregatio, provt latissimè deduximus hac 2. part. cap. 3. per totum; sed hæc ratio, quæ est solida, eodem modo militat in viis executiis, ac in Ordinariis; quia pariformiter extrahuntur partes suis domicilijs, eademque patiuntur incōmoda, imò pro latiori, & longiori via, remotiorique loco maiores sumptus & salaria soluntur executi, de qua ratione vltimis videbimus, n. 36. Ergo sub eadem Tridentini ratione comprehendit debet via executiua, sicut & Ordinaria, quia sicut & genus continet omnes casus, Alexander 22. consil. 75. videre vt, num. 3. & 4. part. lib. 5. & consil. 36. Pistorhemate num. 11. in fin. cum sequentibus, lib. 6. Ctaueta consil. 183. num. 3. Fulgosi. consil. 15. num. 2. & consil. 77. num. 2. & 3. Barbosa axioma. 197. num. 4. vbi per totum multa adducit.

Ratio enim legis magis, & quàm verba, attendenda est, l. scire, §. aliud, ff. de execution. rutorum, Tiraquellus in l. si vnguam, verbo, Libertus, num. 47. Cod. de reuocand. donationibus, Menochius consil. 998. num. 13. Fasariæ de substitutionibus, quest. 480. num. 40. Et quod ratio & mens statutum præponderet & verbis, Marian. Socinus consil. 35. circa prædictam, column. 2. vers. & quamuis, lib. 1. Talschus litteræ B. conclus. 31. num. 16. Passius consil. 12. num. 51. lib. 3. & consil. 83. num. 13. & 14. lib. 3. Bald. consil. 44.

- in fin. lib. 4. Alexander *consil.* 54. num. 9. & sequent. num. 4. Barbosa *diſt. axiom.* 197. num. 8. ubi num. 1. quod dictum per rationem ampliat, & limitatur, & magis attenditur ratio, quam dictum; ergo verbum (*Instantia*) quo ad superius dictum finem vltus est Concilium Tridentinum. debet omnino trahi, & intelligi per rationem, & intentionem, cum verba non secundum quod sonant, sed secundum mentem & intentionem proferentis sint accipienda, late Barbosa *axiom.* 222. num. 1. & num. 9. quod ad hoc debent verba improprari.
- 27 Quod & adiuuant verba illa per vniuersalia Concilij Tridentini, *omp.* 10. ibi: *Causa omnes ad forum Ecclesiasticum, quomodolibet pertinentes*, ponderatis verbis, *Omnes*, ut nihil excludant, l. *Julianus in principio*, ff. de legatis 3. l. *hoc articulo*, ff. de herediis instituendis. l. *pediculis*, §. *labes*, ff. de peculio legat. & plurimos Doctores ad idem referent Barbosa *axiom.* 168 & latissime in dictione 241. ubi num. 6. quod hæc dicitio (*Omnes*) ad eod est vniuersalis, per nihil restringens, ut comprehendat omnes casus, etiam dissimiles, & etiam qui non comprehenderentur ex proprietate vocabuli post Antonium Monachum *decis.* 59. num. 8. & 9.
- Et de prædicta dictione (*Quomodolibet*) quam simul vtrius Concilij Tridentini, per ut comprehendat omnem modum agendi, latissime & de hac dictione (*Quomodolibet*) scribit Barbosa in *diſt.* 330. per totam. Vbi multa ad propositum congerit, qui post Cenedum *ſingular.* 95. num. 1. & num. 3. Quod ista dicitio (*Quomodolibet*) extendit, & ampliat dispositionem vsque ad impropriam vocabuli, quæ verbum illud, in prima instantia, tam ex generalitate Concilij, quam ex ratione motiva & finali eiusdem debet amittere suam propriam, & rigorosam significationem, intelligique declarari, & restringi ad naturam actus iuxta iura vulgaria, per quia lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. *non distinguimus*, ff. de receptis arbitris, l. *preses*, ff. de officio Presid.
- 33 Si enim illud verbum (*Prima instantia*) accipere in sua rigorosa significatione, ita ut cause debeant habere instantiam, cum ipsius ratione decreti omnino pugnet, & foret potius lex posita verbis, quam rebus, contra leg. 2. in fin. *Cod. communia. deleg.* l. *fin. Cod. de usuris*, capitul. 2. *requirit de appellatione*, cum vulgaribus.
- Deinde quia si in causis requireretur instantia effectiue, per sequeretur, quod in omnibus actibus extrajudicialibus pertinentibus ad Ordinarium, cum non habeant instantiam, nec iudicium, nec litem, ut ex Flores de Mena, Menochio, & Nouatio, diximus superius, num. 14. *versicul.* *Primo quoniam diſt. constitutione*. Sed in his actibus extrajudicialibus per nullatenus receditur ab Ordinario in prima illorum cognitione absque legitima appellatione, ita ut absque ea lædi dicatur, & offendi dispositio Tridentini. præseruans primam instantiam Ordinaris, ut expresse declarauit Sanct. Congregatio Cardin. super eodem decreto 20. quas declarationes ad litteram adduximus supra hac 2. *part. capitul.* 5. a num. 10. & sequentibus, *versic.* *Vnum tamen non omittam*, &c. Quorum declarationum doctrina, & ex eo potissimum fulcitur, quoniam ea quæ pertinent ad iurisdictionem

nem voluntariam, sunt actus extrajudiciales, & extrajudicialiter exercentur, Nos in *commentariis de proceſſione Regia*, 2. *part. capitul.* 13. a num. 31. & a num. 29. & vide Hicronymum Gonzalez ibidem citatum, quibus adde latissime Thomam Sanchez *de matrimonio*, lib. 3. *diſput.* 8. num. 6. & latius *diſput.* 19. num. 7. 8. & 9. tom. 1. ubi quando per litem efficiatur contentio iurisdictionis, sequitur Moneta de *commutatione vltimarum voluntatum*, cap. 5. a num. 223. & sequentibus, fol. 238. & nihilominus ea, quæ sunt voluntarie iurisdictionis debent fieri, & agi coram Iudice competenti, ut copiose per Decium in *consil.* 150. per totum, Ancharranum *consil.* 320. Alexander *consil.* 67. num. 8. *versicul.* *Non etiam potest*, lib. 1. Alderanus Malcardus de *generalibus statutorum*, interpret. *concl.* num. 221. Ergo falsò extrahitur à suo casu specialissimo dict. constitutio Gregorij XIII. ad omnes vias executiuas, ac per consequens pernitiosè excluduntur à dispositione vniuersali & generica Concilij Tridentini, & contra eius intentionem, & rationem declaratur per Sanctam Congregationem Cardinalium.

Quod ex eo comprobatur, nam in mentione non datur lis, imò manentio consideratur diuersum quid à lire mota, seu mouenda super re, & est quod extrajudicium, Barzium *decis.* 71. sub num. 39. & 40. Lancelotus de *attentione* 1. *part. capitul.* 3. num. 143. Rota *recent.* *decis.* 618. num. 4. *part.* 1. Ludouisius Post. de *manentione*, obseruat. 6. a num. 35. cum sequentibus. Vbi quod idè non causat vitium litigij. Et tamen manentio data à Nuntio Hispanie in prima instantia, est nulla ipso iure ob defectum iurisdictionis, obstante Concilio Tridentino in *diſt.* cap. *causa omnes*, ut determinauit Rota teste Marchesano loco citato, & sequito à Ludouisio Post. de *manentione*, obseruation. 107. num. 2. Ergo instantia in causis pertinentibus ad Ordinarium non requiritur ut Tridentini dispositio locum habeat.

Et insuper, quoniam ratio finalis, quæ mouit Concilij Tridentini, per ea est, sumptus, damna, & expensas vitare litigantium extra suas prouincias, ut superius diximus a num. 21. Sed hæc ratio militat in via executiua, sicut in Ordinaria. Ergo idem ius statuendum in vtraque, provt in similibus terminis hanc pariter rationis considerauit Sigismundus Scaccia in *tractatu de appellationibus*, quæst. 11. sub num. 35. *versicul.* *Ad adducta pro contraria parte*.

Itaque cum finis, intentio, & principalis dispositio Gregorij XIII. alia non fuerit, quam declarare, per in reſeruatorum beneficiorum executione non attendi, nec lædi dispositionem Concilij Tridentini, in *diſto* cap. 20. provt Congregatio Cardinal. sæpè declarauit, nec ratione in *diſt.* dispositione Gregoriana fuerint ad finem generaliter disponendi in omnibus viis executiuis, sed tantum ad exornationem, & qualificationem illius casus particularis, de quo loquuta fuit, nempè in breuius Cameralibus, & ad demonstrandum, quam sit in illo casu leue præiudicium Ordinaris, idè non debet extra suum casum limitari, & specialissimum protrahi, nec extendi, nec attendi. Imò cætera executiua relicta esse sub speciali ratione, & regula vniuersali & generica, *diſt.* cap. *causa omnes*, præseruans primam instantiam Ordinaris

nariis locorum in omnibus negotiis, & causis iudicialibus, & extrajudicialibus, provt communis praxis, & vniuersalis stylus omnium Tribunalium Ecclesiasticorum obseruat, ac insuper Supremus hic Senatus per obtentura facit ex dicto decreto Tridentini, absque eo quod in aliquo permittat lædi primam Ordinariorum instantiam in executionibus petitis vigore instrumentorum coram Nuntio, vel aliis quibuscumque iudicibus superioribus, quod latius comprobatur statim in *versicul.* *Concludendum est igitur a num. 41. cum sequentibus*.

Sed vltierius aduertendum est, quod tam ex hoc inconuenienti, resultant ex ratione adducta per Constitutionem præfatam Gregorij XIII. quam ex aliis pluribus à nobis adductis supra hac 2. *part. cap. 6. §. vnica* per totum. Supplicatum esse illi iuri ad Sanctam Sedem Apostolicam à dicta Gregoriana Constitutione, vt in *diſt.* cap. 6. a num. 7. cum sequentibus, *versicul.* *Sed vltierius in hac*; ubi latius videre potes ibi adducta, & vltierius remissa circa comprobationem huiusmodi supplicationis.

Illud tamen non omittam, quod licet vtrius sit, decretum Tridentini per minimè offendi ex delegationibus factis à Sede Apostolica pro executione gratiarum in beneficiis reſeruatoris, vt ad principium huius capituli latius probatum est declarationibus Sanctæ Congregationis Cardinal. & ex ipsa Constitutione Gregorij XIII. tamen ex alio adhuc capite Senatus hic non admittit breuia Cameralia ad apprehendam possessionem nomine Camere Apostolicæ, per de quo hætenus loquuti fuimus. Imò illa quotidie retinet, nec patitur illo vti: ea ratione motus, quoniam cum Bullis, & privilegiis Apostolicis hæc Hispaniarum Regna sint à tempore immemoriali munita, ne quis exterius, & horum Regnorum non Originarius, nec naturalis obtineat beneficium Ecclesiasticum, nec pensionem in eisdem, provt abundè diximus infra hoc *tract.* 3. *part. cap. 1. & sequentibus*, Camera Apostolica, quæ extera & non originaria horum Regnorum est; non est capax possessionis illorum, nec patitur Senatus indulta Apostolica, & laudabilem immemorabilem consuetudinem tot fulcitam rationibus violari. Ac propterea licet permittat omnino in beneficiis reſeruatoris litteras committi alteri, quam Ordinariis locorum ex supra dictis in hoc capite, non tamen breuia Cameralia, vt eorum virtute ipsa Camera Apostolica apprehendat possessionem beneficiorum horum Regnorum, quæ dumtaxat naturalibus eorum sunt priuatiue, & exclusiue ad exteros, tanquam incapaces reſeruatora. Et ita praxis quotidiana in hoc Supremo Consilio Regis, obseruat, de cuius iustificatione actus, & peculiariter erit agendum inferius 3. *part. huius tractatus*.

Concludendum est igitur & vltierius insistendum, vt eo ipso per quod Gregorius XIII. limitatè prouidit dumtaxat in casu breuius Cameralis, videatur cæteros executiuos omittos generali Tridentini dispositioni relinquere, cuius

correctio enitanda est, l. *vnica*, §. *fin. autem*, *Cod. de caduc. tollendis*, cap. ad *audientiam de decimis*, l. *cum praxor. ff. de iudiciis*, bonus text. in l. *si vero*, §. *de viro*, ff. *soluta matrimonio*, Hondedeus *consil.* 38. num. 39. lib. 1. Beccius *consil.* 12. num. 44. Sordus *consil.* 177. num. 62 lib. 1. Quia exceptio firmat regulam in contrarium ex vulgari axiomate, & singulariter dixit Alexander in *consil.* 158. num. 9. Quod qui certo casu pronidet, nedum videtur velle, vt prouisio cesseret in casu omisso; sed videtur etiam contrariam in eum vindicare dispositionem, Sordus *consil.* 204. num. 8. & 9. *volum.* 1. Riminald. *consil.* 808. num. 15. vsque ad num. 22. *volum.* 7. plura iura allegat Christophorus de Paz de *tenuta*, cap. 57. num. 185. Et quod ubi lex noua disponit super aliquem casum specificè, per non liceat illam ad alios casus extendere: sed illi non expressè sed omisso censetur remanere sub iuris communis dispositione, vt post Bald. & alios Thomas Grammaticus *consil.* *ciuil.* 76. num. 1. Castill. de *usuſuſu*, lib. 1. *capitul.* 1. num. 53. & sequentibus, & per l. *si vero*, §. *de viro*, tenet Gironda de *privilegiis & exemptionibus*, num. 556. & num. 886. ubi latius.

Et quia lex noua limitatiua, interpretatiua, siue declaratiua iuris communis non limitat, per nec corrigi nisi in casu de quo loquitur, aut emanat, in reliquis autem remanet ius commune intactum, & incorruptum, l. *præcipimus*, *Cod. de appellatione*, l. *si quando*, *Cod. de inoffic. testamento*, *diſt.* l. *si vero*, §. *de viro*, ubi Imola. Lex enim seu statutum alteratum, per seu cancelatum in parte, in cæteris confirmatum censetur, eorumque inducitur approbatio, l. *Tribunus*, §. *fin. ff. de militat. testamen.* quam latius exornauimus hac 2. *part. cap. 31. a num. 101. & seqq.*

Nec obstat quod de similibus ad similia extenditur per legis dispositio ex leg. 3. *Cod. de legibus*; quia procedit vbi eadem, non diuersa (provt hic vt statum) ratio militat in vtroque, Caldas Pereira de *reſolutionibus emphyteut.* cap. 2. num. 26. Socinus *regular.* 47. Sordus de *alimento*, *ritul.* 9. *question.* 1. numer. 7. Seraphinus de *privilegiis iurament.* *privilegi.* 74. numer. 108. & sequentibus. Nec procedit, quando iurium per correctio sequeretur, Menochius de *arbitrariis*, casu 84. numer. 6. & in *consil.* 180. numer. 51. Pinel. in *leg.* 1. *Cod. de bonis matern.* 3. *part.* numer. 68. Sordus *consil.* 200. num. 15. & *consil.* 259. numer. 27. Caldas de *potestate eligendi*, cap. 16. numer. 6. & *diſt.* *capitul.* 2. numer. 26. Brunor. à Sole, in *locis communibus*, augmentum 4.

Deinde quia in vtroque casu debet dari ommoda similitudo, per vt in omnibus casus similes conueniant, vel saltem in eo de quo agitur omni moda similitudo procedat, Brunor. à Sole loco citat. Thomas de Thomaſer. in *ſloribus regular.* 43. Bertasola in *repetitione*, leg. *si quis maior*, *Cod. de transactionibus*, numer. 761. qui numer. 762. dicit, non curtere argumentum etiam data parua dissimilitudine, Matius Antoninus *variarum*

rum resolution. lib. 3. resolut. 39. num. 34. Mascatus de probation. conclus. 1253. num. 4.

Quæ quidem similitudo omnimoda inter breue Camerale & cæteras causas executivas nullatenus dari potest, sed verè dissimilitudo, & rationis diuersitas, ac differentia, nam in breui Camerali procedit executor extrajudicialiter: in executiuis aliis verò casibus omnino iudicialiter, vt supra diximus; secundò, quia breuis Cameralis exemptio à Concilij dispositione causatur à beneficio reseruato Sedi Apostolicæ, ad quam executio tanquam accessoria, & effectus reseruationis nimirum pertinet. In cæteris verò executiuis nihil concurrit, vt exceptionem à Concilio possit causari: Tertio quoniam dicta constitutio Gregoriana non se fundat in executione breuis Cameralis, sed ei principali nitiur fundamento, quod Breue hoc munitur annulo Piscatoris, qui de iure communi non minorem auctoritatem habet subscriptione propriæ manus, vt ex eadem constitutione relata sup. num. 11. in versicul. Verum cum decretum huiusmodi, &c. clarè patet (licet Concilij Tridentini forma hæc adequatio minimè congruat ex hætenus probatis à num. 12. & sequentibus) hac tamen auctoritate non muniuntur cætera instrumenta gaurentiata, nec sententiæ executionem merentes, igitur de vno ad aliud sumi nequit argumentum. Ideòque eum omnimoda iuris disparitas, & diuersitas inter vtrumque casum appareat, dicendum venit, quòd in executiuis genericis Concilij Tridentini. in dict. cap. causa omnes, dispositio inuolubiliter sit seruanda intacta.

Et tandem quoniam constitutio prædicta Gregorij nihil à disposuit super cæteris viis executiuis; sed de eis ad aliud finem enuntiatuè mentionem fecit, & verba in lege prolata enuntiatuè propter aliud nihil in enuntiato disponere intelliguntur, vt abundè per Castillo conuentionum lib. 2. cap. 26. à num. 67. cum sequentibus, Camill. Gallinum de verborum significat. lib. 5. capitul. 14. num. 8. Gratianum disceptatione 111. tom. 2. num. 90. Nicolaum Garciam de verborum enuntiation. lib. 1. quaest. 3. per totam. l. si quis instituat heres si legimus, ff. de herediabus instituen. maxime vbi iuris prohibitio repugnat dispositioni & tali inductioni ex supradictis, quapropter dispositio Concilij Trident. quæ generalis est, vniuersalis, & absoluta in prohibendo, quàm in præseruando primam instantiam Ordinariorum, intacta & præseruata remanet in omnibus aliis viis executiuis, prout communiter practicatur. Imò eadem constitutio nunquam fuit admissa, nec vsu recepta quoad alias vias executiuis, & sic nec admittenda, quia nec super illis disposuit.

Hæc denique resolutio nostra est de mente omnium illorum Doctorum, & quos in vnum congregimus supra hac 2. part. cap. 5. à num. 20. & sequentibus, Iuridicè affirmantium, cessare hodiè ex noua dispositione Concilij in dict. cap. causa omnes, facultatem Auditoris Cameræ, ne de cætero possit ea vti in prima instantia in præiudicium Ordinarium, & litigantium. Supponunt enim per necessarium & antecedens; causas executiuis inclusas esse in dict. decreto Tridentini. cum facultas Auditoris Cameræ solum habeat locum in processu executiuo pro exe-

cutione eorum, quæ ad Cameram Apostolicam spectant, indeque emanant, & sic pro executione breuium Cameralium, & similium, vt obseruat Veltius in praxi. Roman. Curie, lib. 2. cap. 4. & in executione obligation. Cameralium, atque abundè per Marchesan. de commiss. senibus, 1. part. capitul. 16. vbi latè etiam, quod eo ipso quod in talibus obligationibus cesset via executiua; cesset etiam facultas Auditoris Cameræ, & quod Auditor Cameræ careat in beneficiis iurisdictione, & quam non potest exercere nisi in actibus executionem litterarum Apostolicarum, ita vt nec concedat manutentionem; pluries declarauit Rota vt in Horiana. Parochialis coram Peregrino. apud Marchesan. de commiss. senibus, part. 1. fol. 964. num. 6. Alexand. Ludouic. decis. 118. num. 4. & ibi Oliuerius Beltramin. in annot. num. 7. & decis. 160. num. 2. Iacobus Canaller. decis. 32. & decis. 224. num. 1. idem Marchesan. dict. tractatu de commiss. part. 1. de commiss. appellat. in possessor. fol. 931. num. 81. 86. & sequentibus, Ludouicus Post. in tractatu de manutentione, obseruation. & à num. 19. cum sequentibus, qui num. 23. reddit rationem, quod in beneficiis, & cæteris rebus Ecclesiasticis & inter Ecclesiasticos, seu inter laicum & Ecclesiasticum, iudex est in prima instantia Episcopus loci, ex toto titulo de foro competem. & Concilij Tridentini. sess. 24. de reformation. cap. 20. causa omnes, & ex Boccat. de interdito vti possidetis, num. 3. & 4. Testantes propterea passim Rotam subuertente sententias Auditoris Cameræ, & eius locum tenentis, se intromittentis vltra executionem ex hoc defectu & notorio iurisdictionis. Ex quibus quidem clarè patet, hodiè ex nouo iure Pontificio sublatam esse facultatem Auditoris Cameræ, quæ tendebat tantum ad executionem litterarum Apostolicarum, necvni obligationum in forma Cameræ fabricatarum, ne inferatur præiudicium primæ Ordinariorum instantiæ, ac per consequens Doctores hoc affirmantes sine dubio supponere, causas executiuis comprehendì in dispositione generali, vniuersali, & absoluta Sancti Concilij Tridentini, nec contrarium voluisse Gregorium XIII. in sua dispositione, quæ dumtaxat loquitur in Breui Camerali expedito (vt diximus) dumtaxat in beneficiis reseruat, in quibus ex consequentia & remanet integra facultas Auditoris Cameræ ad procedendum executiuè, & extrajudicialiter, prout hætenus diximus ac insuper considerauimus sup. hac 2. part. cap. 5. §. 3. à num. 6. & signanter, num. 10. & hoc iure vtimur.

**

CAPVT XI.

Protectionis Regalia an vtatur Senatus contra conseruatores procedentes in prima instantia in causis exemptorum. Et quid si exempti iurisdictionem consenserint Ordinarij, aut aliter renuntient suæ. Et an exemptus citatus ad Romanam Curiam hac protectione vtatur. Et quid si ab exempto reus citetur, vt coram conseruatore litiget extra Regnum.

SVM MARI VM.

Conseruatores Religionum, & Vniuersitatum non posse cognoscere in prima instantia ex Trident. qui tenuerint, num. 1.
 Religionum casus in prima instantia coram Conseruatoribus suis cognoscendas verius ostenditur, num. 2.
 Conseruatoris Regularium non esse sublata per cap. causa omnes, imò casus, plenariam cognitionem, etiam requirentes, esse per Conseruatores cognoscendas in prima instantia pluries declarauit S. Congregat. num. 3. & seq.
 Cognitio in prima instantia pertinet Conseruatoribus Religionum, num. 6.
 Conseruatorie quales hodie per Trid. sint sublatae, ac prima instantia Ordinarij præseruata, n. 7.
 Conseruatorie hodiernæ habentes amplissimas facultates & facultates, in quo discrepant à limitatis iuris communis, num. 8. remissiuè.
 Conseruatorie Religionum, & Vniuersitatum sunt intacte ex Tridentini, num. 9.
 Conseruatoria Regularium sunt prelibate in Tridentini. ac ideo eorum Conseruatores cognoscunt in prima instantia, vt vltierius declarauit Sacra Congregatio, num. 10.
 Et itidem responsum fuit Conseruatoribus Vniuersitatis Leodicensis, num. 11.
 Cap. causa omnes, circa casus infra biennium terminandas non comprehendit Conseruatores declarauit Congregatio, num. 12.
 Conseruatoria particularium manent sub dispositione iuris communis, & vltra procedentes in violentiis non notoriis, Rex, vt protector Concilij remittit causam Ordinarij, num. 13.
 Conseruatores Vniuersitatum, & Religionum procedere in prima instantia iuxta tenorem priuilegiolorum, patitur Senatus, cum Concilio Tridentini. non percutiatur, num. 14.
 Exempti Religiosi est renuntiant suæ exemptioni, & in Ordinarij consentiant, Senatus eorum casus Ordinarij non remittet, n. 15. & seq.
 Exempti ab Ordinarij, & immediatè subiecti Pape, absque eius consensu nequeunt exemptioni renuntiare, num. 16.
 Renuntiatio exemptionis in præiudicium Pape non valet, num. 17.
 Vbi mirabilia iura adducuntur, & magna Doctorum exornatio, num. 18. & sequentibus.
 Exemptus ab Ordinarij absque licentia Pontificis (cuius exemptio interest) renuntiare nequit exemptioni, num. 19.

Processus, & sententia per Ordinarij vigore renuntiationis exempti lata non tenet, num. 20.
 Priuilegio exemptionis nequeunt renuntiare Prælatis, & Religiosis, cum exempti ab Ordinarij soli Sedi Apostolica subiciantur, quorum Papa efficitur Diocesanus, num. 21.
 Renuntiare suo foro nequit Clericus absque Diocesani sui consensu, num. 22.
 Sarania conuincitur, supponens Abbatem posse exemptioni renuntiare cum consensu sui Comenitris, num. 23.
 Concedus etiam id affirmans conuincitur; ibid.
 Decisio Rote singularis refertur, plurima continens mirabilia circa renuntiationem exemptionis factam à Religiosis, num. 24. & seq.
 Generalis, aut Provincialis interueniu monialis exemptæ ab Ordinarij, & immediatè subiectæ Sedi Apostolica, nequeunt exemptioni renuntiare, num. 25.
 Commissarius Generalis, cuius Gubernio submisit moniales Pape, sibi mediatè subiectas absque Pape licentia, eas dimittere nequit, num. 26.
 Religiosorum subiectio Prælatis à Papa pendet, sine cuius ministerio Prælatis Regulares iurisdictione carent, num. 27.
 Pontifex est Summus Religionum omnium Prælatus, num. 28.
 Prælatis Religiosis, quibus gubernium Monialium sibi subiectarum demandauit Pape, non possunt in consensu illas dimittere, num. 29.
 Administratores Sedis Apostolicæ nequeunt predicare Pontifici, num. 30.
 Renuntiatio priuilegij, cuius fauore tantum fuit indultum valet, num. 31.
 Sedis Apostolicæ interest multos habere immediatè subiectos, num. 32.
 Exemptus subiectus Sedi Apostolicæ immediatè exemptionis priuilegio nequit renuntiare, num. 33.
 Moniales exemptæ ab Ordinarij, & immediatè subiectæ Sedi Apostolicæ, absque huius licentia nequeunt exemptioni renuntiare, n. 34.
 Subditos ab alio non iudicari interest Romani Pontificis, & alterius Superioris, num. 35.
 Per exemptionis priuilegium Regularis efficitur immediatè subiectus Sedi Apostolicæ, absque cuius licentia in alium nequeunt consentire in illius iurisdictionis præiudicium, num. 36.
 Priuilegium exemptionis qua ratione concedi solet Religiosis, num. 37.
 Ius exemptionis ita est coniunctum cum iure superioris, vt commodè separari nequeant, n. 38.
 In exemptionibus Ecclesiasticis non datur separatio inter exemptos, & Sedem Apostolicam, in aliis verò scilicet in præiudicium renuntiantis, non tamen superioris, num. 39.
 Prælatus potest conditionem Ecclesiæ facere meliorem, non deteriorem, num. 40.
 Per vnum, vel plures actus non censetur Prælatus renuntiare fauori Ecclesiæ, cum etiam nec expressè, num. 41.
 Priuilegio communi est omnes contrariantur solus vnus valet contradicere, num. 42.
 Priuilegij renuntiatio reuertens ad ius commune admittitur, nisi adsit præiudicium alterius inseparabile, num. 43.
 Scandali negotium celeri eget expeditione, n. 44.
 Renuntiatio iuris conuicti, & complicati nec in præiudicium, etiam renuntiantis, valet, num. 45.